



**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis  
vitae Christianæ**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, 1577**

**VD16 D 1959**

De vanitate mundi & exemplari inductione ad hoc secundum Hugonem 31.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60177)

422 D. DIONYS. CARTH.  
mum & horæ legantur siue cantentur  
distinctè cum debita attētione, reue-  
rentia, & affectu, cōgruo loco & tem-  
pore, sine aliorum impertinentium  
que verborum admixtione, sine con-  
fabulatione, & risus dissolutione.

*De vanitate mundi & exemplari in-  
ductione ad hoc secundum Hu-  
gonem, Art. XXXI.*

*Eccle. 1.*

*Hugo.*

**V**anitas vanitatum, dixit Ec-  
clesiastes. Vanitas vanita-  
tum & omnia vanitas. Vidi  
cuncta quæfiunt sub sole, &  
ecce vniuersa vanitas & afflictio spi-  
ritus. Ad intelligendam mundanæ  
prosperitatis vanitatem, exempla  
Hugonis inducam. Dic ergo mihi  
quid vides? Video prosperè nauigan-  
tes, quibus arrident tranquillitas ma-  
ris, serenitas aeris, flatus ventorum:  
viros quoque in naui epulantes, dis-  
currentes, & omni musicorum genere  
iucundantes, in tantum ut aquis me-  
lodia resultantibus, pisces vndique  
que coasfluant, & iucundantibus læti-

am

DE ARCTA VIA SAL. 423

am augeant. Istud ergo videtur mihi magna ac desideranda felicitas. Sed noli nimis cito ferre sententiam. Imo dic mihi, quid vides post hæc? Video vndiq; nigrescere cœlū & acri ventoru concursu nubes agitari, mare turbati, & intumescentibus fluctibus nauē cum nauigantibus mergi. Heu quid laudaui, heu breuem prōsperitatem quanta calamitas est sequuta. Adhuc dic mihi, quid vides? Video mercatores preciosissima mercimonia secum in camelis & curribus deferentes, maxima lucra sperantes, iucunde atque alacriter incedentes. Et videtur magna prosperitas. Quid vides post hæc? Video exercitum armatorum improuisè vno impetu super mercatores ruere, eosq; terrere, spoliare, fугare, occidere. Heu breuem lœtitiam, quanta sequuta est repente miseria. Adhuc dic mihi quid vides? Video do- *Luc. 14.* mū diuitis affluētem cunctis diuitijs, patrem familias gaudentem in filijs, familia copiosa, pecoribus multis, horreis plenis ac vniuersis delitijs. Et videtur magna felicitas. Quid vides in omnibus his? Nonne diues quanto plura possidet, tantam maioriē sollicitudinem?

424 D. DIONYS. CARTH,  
tudinem habet? Et cum solus portet  
solicitudinis pondus, alijs tamen ma-  
gis quam sibi prosunt, quæ cupide  
quærat, vel auare reseruat. Timet ne  
parta deficiant, timet violentias, po-  
tentum, suspectam habet fidem fa-  
miliarium. Adhuc dic mihi, quid vi-  
des? Video nuptias celebrari, in qui-  
bus magnus ornatus, splendidus ap-  
paratus, grandis lætitia. Ut videtur  
magnum bonum: quoniam videtur  
sine iniuria pudicitiae, per eas genus  
humanum conseruatur, & coniugati  
vinculo dilectionis consociantur. Et  
quare non aspis mala quæ sequun-  
tur: quam rara coniugatorum cōcor-  
dia, quanta solicitudo, quantus la-  
bor in prolis educatione, in domus  
dispensatione, quot suspicionum at  
dissentionum occasionses inter virum  
& coniugem oriantur, quantus ti-  
mor ne damnorum pericula insur-  
gant, ne hostis inuadat? Adhuc dic  
mihi, quid vides? Video scholas stu-  
dentium, in quibus diuersi diuersis fa-  
cultatibus siue scientijs sunt intenti.  
Et videtur istud negotium cæteris es-  
se iucundius, eo quod sapientiae va-  
cent. Non satis perpendis. Hi enim  
stulti

TH.  
s portet  
nen ma-  
cupide  
immet ne-  
ias, po-  
dem fa-  
uid vi-  
in qui-  
dus ap-  
videtur  
genus  
iugati-  
ur. Et  
quun-  
cōcor-  
us la-  
omus  
um as-  
virum  
us ti-  
nsur.  
ic dic-  
s stu-  
is fa-  
enti.  
is el-  
e va-  
nim  
ulti

**DE ARCTA VIA SAL. 425**

stulti viatores qui sic in rerum creatu-  
ram inquisitionibus occupātur: quod  
Dei est & creatoris sui obliuiscuntur,  
& quæ salutis sunt non operantur.  
Vnde quod ipsi cæteris omnibus in-  
feliciores sint, testatur eorum conuer-  
satio: qua nihil neque inanius est ne-  
que sterilius. Fine quoque eorum nil  
infelicius esse potest, quoniam mori-  
entes spem salutis non habent, qui vi-  
uentes & sani per iter salutis incedere  
neglexerunt. Vani ergo & omni pror-  
fus fruge cassi sunt, qui timore  
Dei postposito, ea omittunt quæ Deus  
requirit ab eis, & sine quibus saluari  
nequeunt, atque in his iugiter occu-  
pantur, quæ Deus ab eis non exigit, &  
quæ animarum salutem magis impe-  
diunt quam iuvant. Nōne bona, pro-  
speritatemque viæ præferunt bonis,  
ac beatitudini patriæ, inhérentes pre-  
sentibus potius quam futuris? Ideo  
sane reprobantur à Deo.

*Ex dictis sancti Bernardi de cleri-  
cis. Articulus. XXXII.*

**Q**uid est quod dilectus meus in Hier. II.  
domo mea fecit sclera multa? Bernar.  
Bernar. Si ea intentione gra-  
dus